

dus quæadmodum fortiter adhæres parietib. excoriat eos per expulsionem: ita si alius fuerit acris vel simul vtrunque, tum quoq; abradit, prout in hoc nobili iuvene videre licet. Quod verò attinet ad apertionē venarum, non videtur sufficiens signū esse pauca effluxio vel eiectio sanguinis, quia vt in narib. cum sit apertio orificiorū venarū, sic & ego crediderim subsecuturā in præsentī affectione magnā copiam sanguinis, si apertio venarum facta fuisset. At cum hæc non cōspecta sit nec cōspiciatur, iudico ex abrasione & excoriatione illā paucitatē sanguinis eiectari. Quod autem febricit, quæ nā sit causa videamus, quo deniq; genere febris: cōstat enim accessione quādam singulis dieb. frigiditatis seu horroris habere, indeq; cognoscere licet typū febris adesse præsentē, & notum est vbiq; typus aliquis est, eū esse febris indicium putridæ, extra venas materiā putrescentem habētis: vbi verò typus & accessio nulla est, eius febris materia putrescit in venis. Quare inde licet animaduertere & materiā febris ex quotidiana accessione, nepe pituitam, & speciē febris scilicet quotidianā. Illa materia pituitosa nō ad vnū locum trāsmittitur, sed per totum corpus in venas dispergitur, vnde obstructions, inflamationes, putrefactiones, & tandem febris. Quare verò in hac tota affectione, nūquam aliqua sit premebatur, sed valde modestē biberat, eius causa est superfluitas pituitæ membra humectantis, & ventriculi orificium vberius irrigantis.

*Prognosticum.* Etsi mihi bene cognitum est periculum huius morbi, tum propter tēpus eius durationis, tum propter mēbri debilitatē, quod iam læsum satis esse dignoscetur, tum quoq; propter naturalē inclinationē ad ea quæ vt plurimum ex talib. causis & initiis sequuntur, quæ in hoc nobili iuvene manifestē cōspiciuntur: tamen cum respicio virtutis præsentī & valorē, eiusq; ad obediendum prōptitudinem, medicamentorūq; efficacīā, non dubito quin à præsentī malo liberari, & à futuro deteriori lapsu possit præcaueri, nō tamē sine singulari diligētia & labore, quia nōdum vlcus pulmonis adest, nec febris hectica: tamen timēdum est, ne facili occasione in horum alterum vel in vtrunq; incidat, ideo non est tardandum, nec aliquid protrahendum, sed quo citius cura tentabitur, eō melius & tutius procedet.

*Curatio.* Inuētum autem est, membra naturalia principaliter huius affectionis præternaturalis causam suppeditasse. Quare meo iudicio omnium primō cura ab illis est incipienda, ita vt euacuentur corroborenturq; & obstructions omnes amoueantur, quo libera & naturalis possit fieri nutritio, ac per omnia mēbra distributio: deinde materiarum quæ trāsmittuntur ad caput fiat interceptio, tādē deueniatur ad capitis & pulmonis euacuationes atque corroborationes ne materias suscipiāt, pulmoq; vlcus aliquod cōtrahat. Et quidem necessariō prius prædicta mēbra sunt euacuanda & demum cōfortanda, quia aliās ex vicinis partibus attraherent fortius superfluitates, seseq; eisdē oneraret, hincq; sequeretur, vt maiori cum difficultate euacuerentur: quia id quod paucū est, facilius à qualibet mediocri virtute expellitur, id

A autē quod multum est, propter molem plerumq; à virtute satis robusta ne attētatur quidem, propterea quia in eo expellēdo vires frāguntur. Hoc tamen intelligendum est, si videlicet euacuationem moliri velimus per tussim, quia quo meatu fit expulsio, ad illū materia à natura semper trāsmittitur, sed non admittenda per eas partes euacuationem tanquam quæ affecta sunt: quia est generale præceptum, Euacuationem non debere fieri per membrum affectum: atq; in hoc casu præcipuē, quia maior fieret parietum abrasio in pectore & pulmone, sicq; periculum esset ne vulnuscula parua venarum excoriatione facta dilatarētur, aut venæ tenuiores rumperentur. Sed hæc ratio euacuandi pulmonē est præeligenda, scilicet pro-uocatione vrinæ diureticis medicamentis. Neq; mirandum quomodo id fieri possit, quia magnā cognationem & affinitatem pulmo cum renibus habet, quod videre est ex anatome. Circa hoc tamen diligenter prouidendum est membris natu-

C ralibus, ne scilicet materiæ istæ per ea ductæ opilationes faciant. Quare primō euacuarem ventriculum & venas mesaraicas, deinde certis syrupis præpararem materiā ad educationem. Tamē in ea præparatione cauere ab oxymelite & syrupo de hysopo, propterea quia vehementer materias incidunt, & circa principia non est fortibus vtendum. Sufficeret igitur primō mel ros. syrup. de cichorio, de lupulis cum decocto ceterach, capill. veneris & similibus temperatis: nam illa paulatim calefaciunt, resoluunt & vrinam ducunt. Postea vtetur hoc solutio, recipiēdo ʒ. ij. agar. præparati cum commistione calsiæ, quātum videtur. His peractis, si opus esset deuenire ad fortiora diuretica, nepe syrupos de cichorio aliosq; Deinde purgarem pectus melle rosato, succharo ros. quoniam illa molliunt & purgant pectus & confortant. Similiter deuenire ad exhibitionē boli armeni: nam præterquam quod vehementer exiccat humidum putredinale, etiā mirificè pulmonem corroborat, prohibetq; singulariter putrefactionem in ipso pulmone, quæ intentio in hoc iuvene diligenter est promouenda propter cautionē deterioris mali futuri. Sed ad capitis curā demum descēderem, cum alia mēbra eisēt corroborata, pristinaeque valetudini restituta, & spero quod deinde nō esset opus multū capiti auertere. Quia omnis eius defectus ex inferiorib. mēbris dependet, ea cum restituta fuerint, nō erit timendum, vt noceat amplius capiti: tamen si aliquæ reliquæ superfuerint, scilicet in capite pro-

D disculsione & tota sublatione, si nihil impederit, venā cephalicā secare, aut hepaticam, obseruādo qualis sanguis effluxerit: nempe si rubicundus & mundus, in parua quātitate minuerē: si verò crassus vel fœculētus, eō magis prout vires ægrotātis ferre possint, tatioque præsens indicet.

E quæ reliquæ superfuerint, scilicet in capite pro-

F disculsione & tota sublatione, si nihil impederit, venā cephalicā secare, aut hepaticam, obseruādo qualis sanguis effluxerit: nempe si rubicundus & mundus, in parua quātitate minuerē: si verò crassus vel fœculētus, eō magis prout vires ægrotātis ferre possint, tatioque præsens indicet.

G XERCITIVM sit moderatum ante cibum manē & sero paulatim, caueat ne incalescat aut frigescat: fugiēda loca calida vel frigida nimis, caueat à sole, à ve-

CONSILIVM CLXXVI

*Pro eodem post colloquiū à doctore præscripa.*

XERCITIVM sit moderatum ante cibum manē & sero paulatim, caueat ne incalescat aut frigescat: fugiēda loca calida vel frigida nimis, caueat à sole, à ve-